



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 138. Consilium de Inquisitionis tribunali in Anglia stabiliendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. CXXXVIII.

Sæcul. XVI

A.C. 1557.

Consilium de Inquisitionis tribunali in Anglia stabiliendo.

Ut Religio ad pristinam puritatem re-
 vocaretur, nonnullorum consilium
 eo abibat, ut de Inquisitione in hoc Re-
 gno ad Hispanici Tribunalis normam
 instituenda ageretur: eapropter Regina
 rogabatur, ut Londinensi, atque Helien-
 si Episcopis, pluribusque aliis deman-
 datæ facultatis literas traderet, atque
 in illis exponeret, quod ob populum
 hæreticis opinionibus infectum, hisce
 Præsulibus saltem eorum tribus, ut in e-
 jusmodi hæreticos inquirerent, potesta-
 tem concedat, simulque eam tribuat au-
 ctoritatem, ut de hæresis causa cogno-
 scere, atque illos, qui hæreticorum libros
 in regnum invehere, vendere, aut le-
 gere præsumperint, punire valeant, ac
 denique in corruptelas, vel sacrilegia
 in Ecclesiis perpetrata inquirere, & Ec-
 clesiasticorum sententias examinare, at-
 que in illos, qui populum circa Eu-
 charistiæ Sacramentum instruere negle-
 xerint, animadvertere possint. Sub i-
 dem tempus Eboracensi Archiepiscopo,
 aliisque ferme eadem jurisdictio fuerat
 delegata, vi cujus hi intricatas, vel dif-
 ficiles causas in hæresis materia occur-
 rentes ad Londinensem Episcopum, e-

Burnet. 1 c.
p. 518. & seq.

P p 4

jusque

Sæcul. XVI.
A. C. 1557. jusque socios, quibus amplior erat potestas, transmittere jubebantur. Nec suo frustrabatur successu ejusmodi deman- data facultas; cum enim sedulo in hæ- reticos inquireretur, intra hujus anni decursum ferme octoginta mortis sup- plicio fuerunt sublati.

§. CXXXIX.

*Tridentinus Cardinalis a Mediola-
nensis Ducatus administratione
amotus.*

Thuan. l. 19. Eodem hoc anno Mediolanensis Du- catus alium adeptus est Guberna- torem; illo enim tempore Tridentinus Cardinalis huic ditioni præerat, Pifca- rius vero Marchio Regii exercitus im- perium in eodem Ducatu tenebat, cum tamen Philippus II. de utroque queren- di causam haberet, ac præcipue de Pif- cario, qui Valfeneriis, & Chierio per e- jus oscitantiam amissis Fossanum sese receperat, nec inde exire ausus fuerat, hinc Rex de mutandis hujus Ducatus Rectoribus consilium cepit, cum autem Cardinalem sine mora sua dignitate spo- liare nollet, eoquod tam generis sui no- bilitas, quam meriti, ac dignitatis ex- cellentia majorem indulgentiam exqui- rere viderentur, hinc præprimis eidem ærarii sui Regii curam ademit, eo fine, ut